

inde ad extractam ex auro tinturam , argumen-  
tari , deceptus nimirum in eo , quod tinturam  
menstrui solventis , putavit esse tinturam rei so-  
lutæ. Qua de re verè scripsit Crollius ( 164 )  
Multa sunt menstrua si stant aliquandiu in dige-  
stione, per se sponte rubescunt ( ut in spiritu tere-  
bintinæ multoties licet rectificato, videre est ) &  
ita incircumspectos decipiunt, arbitrantes se tin-  
turam rei solvendæ habere, cum tamen ipsius sit  
menstrui solventis.

Hæc Crollius: quæ si quis velit spiritu aceti , e-  
videntiūs & magis appositi comprobare, is hunc  
ipsum spiritum affundat coralliis, perlis, conchis,  
gemmais calcinatis.

Antimonio, Jove, Saturno, calcinatis, & debito  
tempore digerat, videbit acetum distillatum & u-  
bique & ex æquo rubescere, argumentum ni fal-  
lor invictum , menstrui sua sponte , minimè vero  
per extractum ex hisce corporibus tinturam co-  
lerati. Idendidem se quoque res habet, in solu-  
tione aurea rubescente Angli illius ( uti & in no-  
stra ) Idque tum coagulatione ipsius, tum infalli-  
bili reductione , ulterius poterit si opus sit ostend-  
i.

*SUMMA BREVIS SUPRA SCRIP-  
TORUM, CUM CLAVE, SEU COMMENTA-  
RIOLO EORUNDEM.*

Primò aurum purgandum per g. l. a.

2. In laminas tenues idem redigendum.
3. Solvendum illud in aqua regis Valentinia-  
na, aut ea quam Crollius describit.

Aqua